

12.



81 1825
69

CHRISTO AVSPICE
IVDÆORVM SCANDALVM,
ETHNICORVM ΜΩΡΙΑΝ

A. D. X APRILIS POST PRECES MERIDIANAS
SCHOLA CIZENSIVM EPISCOPALIS

PIE VENERABITVR.

AD PIVM OFFICIUM INVITAT

ET ADVOCAT

M. CHRISTOPHORVS CELLARIVS,
RECTOR.

CIZÆ

Exscripsit Fridem. Hetsstädt/Ducal. Sax. Numb. Typogr.

mm.

CHRISTO AVSICE

ROBERTO SCANDALUM

EPISCOPUS

APRILIS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

M. CHRISTOPHORVS CELLARIVS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS

EPISCOPUS





Crucem Christi meditari subli-
mior Christianorum philosophia est,
præsertim hisce temporibus, quibus ni-
hil sonat ecclesia, nisi Christum cruci suffixum
& morti obnoxium, vt mortis victor euadat,
& æterna a nobis supplicia amoliatur. Hanc
crucem vates antiquissimi ex diuinis oraculis præ-
dixerunt, hanc præsentem & intuentes descripse-
runt, hanc quoque innumeri typi, figuræ, sym-
bola obscurius quidem, non autem dubie signi-
ficauerunt. Ex tam multis vnum nunc breuita-
tis causa symbolum exhibemus, ab antiquissimis
ecclesiæ doctoribus ad crucem Christi salutife-
ram relatum. Id signum litteræ *Tau* est, in fron-
tibus piorum electorumque inscribendum, iu-
bente Deo apud Ezechielem ix capite, iv inciso.
Hieronymus & Vulgatus Latinus, quod cœlesti
voce in mandatis datum est, expresserunt: *Signa*
Tau super frontes virorum gementium & dolen-
tium super cunctis abominationibus. Nec aliter
Theodotio vertit, de quo Hieronymus in com-
mentario refert: *Theodotio ipsum verbum Ebrai-*
cum

cum posuit τ , quæ extrema est apud Ebræos vi-
 ginti & duarum litterarum. Sic etiam Jonathan
 Vzielides Chaldaice τ & signabis Tau re-
 tenta Ebræa voce aut paullisper ad dialectum
 suam declinata. τ enim vates scripsit
 τ quod Arias Montanus interpretatur: &
 signabis Tau. Hisce τ elementum & figura lit-
 teraturæ Ebraicæ est, forma sua rem eam signifi-
 cans, quæ similis sit antiquæ figuræ vltimi apud
 Ebræos elementi. Crucem Christi cum patribus
 intelligo, non absimilem Samaritanorum litteræ
 Tau, quæ quidem in manuscriptis Sichemitarum
 epistolis, quas excudendas nobis illustris vir IOBVS
 LVDOLFVS dedit, in forma τ , & in Polyglot-
 tis Bibliis τ expressa est, olim autem vere crucis
 formam referebat, vti ex nummis antiquissimis,
 quos Brianus Waltonus in prolegomenis Biblio-
 rum & alii exhibent, manifestissime intelligitur.
 Huc ecclesiæ doctores respexerunt oppido anti-
 qui, Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus. Iste
 aduersus Marcionem lib. III cap. XXII omnes fi-
 deles, inquit, signatos illa nota, de qua Ezechiel: DA
 SIGNA TAV IN FRONTIBVS VIRORVM. Ipsa est e-
 nim littera Græcorum TAV, nostra autem T, species
 crucis, quam portendebat futuram in frontibus no-
 stris. Cyprianus ad Demetrianum cap. XIX reci-
 tatis

tatis iisdem prophetae verbis adiecit: *ad passionem*
& sanguinem Christi pertinet hoc signum, & ille sal-
vus & incolumis servatur, quisquis in hoc signo in-
venitur. Idem Testimoniorum lib. II aduersus
Iudaeos cap. XXII *Quod in hoc signo crucis salus*
sit omnibus, qui in frontibus notentur, apud Eze-
chielem dicit Deus. Hieronymus in hunc Ezechie-
lis locum post Iudaeorum & iudaizantium senten-
tias, *ut ad nostra, inquit, veniamus, antiquis Ebraeo-*
rum litteris, quibus usque hodie utuntur Samarita-
ni, extrema TAV littera crucis habet similitudinem,
quae in Christianorum frontibus pingitur, & frequen-
ti manus inscriptione signatur. Iudaei & horum se-
quaces paullo aliter. Septuaginta interpretes τ
 $\sigma\mu\epsilon\iota\sigma\upsilon\nu$ interpretantur, etiam Symmachus & Aquila,
Hieronymo prodente: Arabs تاء signum, Sy-
rus ܬܘܐ , quod idem est, siue *signatura*, a *signan-*
di verbo deductum, quo in hac ipsa sententia v-
sus est ܬܘܐ ܬܘܐ *signa signaturam.* Hoc ideo
plenius enarro, quia Cornelius a Lapide in h. l. ex
Caninio refert, in libris Syrorum pro Tau esse *crucem*
(forfan ܬܘܐ) quod si verum est, nostram
sententiam cum primis confirmabit. Syrus autem
in Bibliis Anglicanis ܬܘܐ habet, ut diximus, cui
pius forsan Christianus in margine ܬܘܐ adscri-
psit tanquam interpretamentum vocis alterius, si
omni-

omnino verum est, quod ex Caninio, qui inspexif-
 se dicitur, a Cornelio de Lapide productum fuit.
 Sed ad Iudæos reuertimur. R. David Kimchi
 tam in Perusch ad hunc locum, quam in libro
 Radicum huic verbo dat סִמְנֵי וּבְמִשְׁכַּח *signi &*
scripturae notionem: & Rabbi Salomo exponit
וְהָיָה כְּמִשְׁכַּח *signabis signum*, iisdem verbis, quo Sy-
 rus modo vsus erat. Fac vero וְהָיָה *signum & no-*
tam prophetæ esse, non elementi figuram; ta-
 men de *cruce* sententia non ideo deserenda est.
 Nam ipse Kimchi confessus est ad h. l. וְהָיָה
כְּמִשְׁכַּח *res se se habet vt sanguis agni pa-*
schalis in Ægypto, quo cum postes illineretur,
 securitatem adferebat incolentibus, vt præteriret
 angelus, qui ad perdendos primogenitos legatus
 erat. Id enim Ezechielis quoque signum præ-
 stitisse, idem Iudæus non diffitetur, cum fuisse ait
וְהָיָה כְּמִשְׁכַּח *in signum, ne tangant eos*
[ita signatos] perditores. Quod si similis res est
 agni paschalis sanguini, satis confirmata nostra
 sententia fuit, quippe agnus ille Messiam mactan-
 dum & immolandum significauit, isque figura,
 qua affabatur, *cruce* delineasse, a piis & cordatis
 hominibus obseruatus est. Iustinus Martyr Dia-
 log. cum Tryphone pag. 259 τὸ ἐπιώμυρον τοῦ ἁγίου
 ἀρνίου ὁμοίως τῷ σταυρῷ, ὁμοίως, *Agnus assus*
in figuram cruci similem conformatus ad ignem torretur.
Signum

Signum ergo illud quodcunque fuit, siue *crucis* siue aliud, quia salutare signum erat, ad Messiam, in quo solo salus est, referri oportebat, qui *crucis* supplicio salutem, quam perdiderant mortales, humano generi restituit. Quod si ergo vera traditio est, quam non modo Iudæorum plurimi, verum etiam Hieronymus, & hodie doctissimi viri tuentur, Samaritanas litteras Ebræorum antiquas esse, Efram vero substituisse Assyrias; pia sane & digna Christiano sententia erit, in Ezechielis, cum Chaldæo, cum Theodotione & Vulgato interprete, cum antiquissimis etiam ecclesiæ doctoribus de elemento crucem figurante interpretari. Hesy chius in *Ἰσραήλ* ex Aristophane in Babyloniis refert *ὀνόματα τῶν μετώπων ἐσιγγραφοί εἰσιν*, *frontes seruorum stigmatibus* [apud Babylonios] *notabantur*. Hugo Grotius in commentariis ad Ezech. ix *Solebant, inquit, in Oriente serui in fronte habere nomen domini*. Perpulchre hæc ad Christianos applicantur, qui *σηματὰ κυρίου Ἰησοῦ* in corpore suo gestant, quo si Ezechielis verba conferenda sint, malim de crucis signo illa, quam cum Iudæis apud Hieronymum de prima littera vocis *תורה*. id est *Legis*, intelligere. Non enim ex lege, sed ex Christi cruce nostra salus est, nostra spes atque gloria. Quod ergo apud Ezechielem, vt Kimchi loquitur, *היה כבודו הנכבד* *factum est in visione prophetica*, id mystice etiam intelligi a nobis debet, nec tam in fronte, quam animo & memoria crux Christi gestanda est perpetuo, vt cum apostolo nihil putemus nos scire, *εἰ μὴ Ἰησοῦν χριστόν, καὶ τῶτον ἐσαυρωμένον*. Iusta ergo in illos indignatio est, qui aperte profitentur se hostes crucis Christi esse, quorum duo genera apostolus constituit, Iudæorum alterum, quibus scandalum est Christus crucifixus: alterum gentilium, quibus *μωεία* est, qua vnice gloriamur, *CRUX DOMINI*. Ut
omnes

omnes decet, ita nostros etiam alumnos pia hæc indi-
gnatio inuasit, qui omne huius temporis studium in eo
posuerunt, ut hostes crucis Christi, pessimum & ingrati-
genus mortalium, ingenio, voce & stilo persequantur.
Prior illorum CHRISTIANVS GABRIEL Friedel/
Scaudicensis ex nostro agro, *Iudeos* sibi premendos po-
stulauit, & quam inique ac contra maiorum suorum
professionem & fidem cruce Christi offendantur, <sup>σηλι-
τὸνικῶ</sup> sermone, nec inculto illo, publice demonstrabit,
cui eo impensius victoriam & quicumque crucis Christi
sunt fructus atque præmia adprecamur; quo maiorem
præ se a puero pietatem tulit, eique industriam ingenio,
quo valet, respondentem coniunxit, qua eo usque pro-
fecit, ut urgente rerum suarum conditione dubius sit,
vtrum nostris Musis diutius possit operam dare, an be-
nigniora sibi fata in quadam academia inquirere. Su-
periorum tamen iudicio & voluntati tum hoc sin-
gulari specimine, tum alio communi, quod proxime
instat, se subiiciet. Alter est IOHANNES HEINRI-
CVS Scherger / Adorffensis Variscus, alter, inquam, or-
dine, sed nemini probitate secundus, industria etiam
cum primis decertans. Hic *paganorum* impietatem, qua
cruce Christi ludibrio habent, sancta grauitate impu-
gnabit, & ea in medium proferet, quæ cunctos Christia-
nos hoc sacratissimo tempore & anniuersaria crucis &
supplicii salutiferi memoria cogitare decet & agere.
Quod nostri officii est, ad sanctas exercitationes <sup>τὰς κατὰ
χεῖρὸν Φιλοσοφίας</sup>, ut cum Georgio Syncello p. 65 lo-
quar, id est omnes eruditos crucis Christi amatores ea
qua par est pietate & obseruantia, etiam officiorum
mutua pollicitatione aduocamus. P. P. Cizæ v idus
Apriles MDCCCLXXXV III.


Nr 3165


80

1007

1007







B.I.G.

Farbkarte #13

81 1825/64

O AVSPICE
I SCANDALVM,
RVM MΩPIAN
ST PRECES MERIDIANAS
NSIVM EPISCOPALIS
ENERABITVR.
FFICIVM INVITAT
ADVOCAT
ORVS CELLARIVS,
CTOR.

IZAE
dt/Ducal. Sax. Numb. Typogr.

mm.

